DE

CTERO, SPECIATIM NEONATORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XVII. M. SEPTEMBRIS A. MDCCCXXVIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CAROLUS FRIDERICUS JULIUS DONOP

WARSOVIENSIS.

OPPONENTIBUS:

C. HOETENSLEBEN, MED. UTR. DR.

E. GABLER, MED. UTR. DR.

J. FROMM, MED. UTR. CAND.

ACCEDIT TABULA AENEA.

BEROLINI, TYPIS BRÜSCHCKIANIS.

VIRO

AMPLISSIMO, EXPERIENTISSIMO SIBIQUE AMICISSIMO

C. F. MOCKERT

MEDICO PRACTICO ET OBSTETRITIO APUD BEROLINENSES FELICISSIMO

NEC MINUS

VIRO

AMPLISSIMO, AESTUMATISSIMO AFFINI DILECTISSIMO

C. SCHIRMER

PIO GRATOQUE ANIMO

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

CONSECRAT

AUCTOR.

Enumeratio librorum, quos in dissertatione conscribenda consului

Francisci de le Boë Sylvii, *Medicinae practicae etc. Avenione* 1680.

ohannes Baptista Morgagni, *de sedibus et causis morborum. Venetiis* 1761.

stoll, Max. *praelectiones in diversos morbos chronicos. Vol. II Vienn* 1789. *pag.* 279.

. Baptist, Bianchi, *historia hepatis s: theoria et praxis omnium morborum hepatis et bilis cum eiusdem visceris anatome. Turin* 1710. *Genev* 1725. *Vol. II c. fig.*

xercitatio de Aurigine, Specimen secundum Actor. Edimburgens. in P. C. Werlhofii Opera medica ex edit. I. E. Wichmanni Hannov. 1776. *Vol. II. pag.* 653 *sq.*

. M. Marcard's, *medizinische Versuche. Leipzig* 1778.

. I. Groeuven, *von der Gelbsucht, in der Sammlung auserlesener Abhandlungen für pract. Aerzte. B.* 14. *St.* 1. S. 85.

emme et Bohm, *Diss. de ictero. Hal.* 1780.

P. Vogler, *von der Gelbsucht und deren Heilart. Wetzlar* 1791.

Lembke, *Diss. cont. Analecta ad icteri aetiologiam spectantia. Götting* 1795. 8.

n. Charleville, *Diss. variae theoriae de proxima icteri causa. Fr. a. v.* 1795. 8.

Iac. Bernhardi, *Diss. de Icteri natura. Erfurt* 1799. 8.

. A. Haase, *über die Erkenntniss und Kur der chronischen Krankheiten des menschlichen Organismus.* 3 *Bde. in* 4 *Abthl. gr.* 8. *Leipzig* 1820.

ug. Gottl. Richter's, *specielle Therapie, herausgegeben von seinem Sohne Georg. Aug. Richter.* 9 *Bde. und* 10*r od.* 1*r Supplementband. gr.* 8. *Berlin* 1821—25.

N. Raimann, *Handbuch der. speciellen medizinischen Pathologie und Therapie für academische Vorlesungen bearbeitet.* 2 *Bde. Wien* 1823. 8.

A. Henke's, *Handbuch der speciellen Pathologie.* 2 *Bde.* 8. *Berlin* 1808.

Burserius, *Institutiones med. pract.* 4 *Vol.* 8. *maj. Lips.* 1798.

Ch. Girtanner, *über die Krankheiten der Kinder- und über die physische Erziehung derselben.* *Berlin* 1794.

Ch. A. Struve, *neues Handbuch der Kinderkrankheiten. Breslau* 1797. 8.

Nil's Rosen von Rosenstein, *Anweisung zur Kenntniss und Kur der Kinderkrankheiten. Au Schwedischem übersetzt und mit Anmerkungen erläutert von I. A. Murray. Gotha und* gen 1765. 8. *Sechste Auflage mit Anmerkungen von I. C. Loder und W. H. S. Bu Göttingen* 1998.

Autenrieth, *Observationes quaedam, quae neonatorum morbos frequentiores spectant. Tubingae* 17

N. Chambon, *über die Krankheiten der Kinder, übersetzt von Becker. Berlin* 1801. 8.

Cheyne, *Essays on the diseases of children Essay II. Edimburg.* 1802. 8.

C. B. Fleisch, *Handbuch über die Krankheiten der Kinder und über die medizinisch-physische hung derselben, bis zu den Jahren der Mannbarkeit.* 4 *Bde. Leipzig* 1803. *gr.* 8.

I. I. von Plenk, *Lehre von der Erkenntniss und Heilung der Kinderkrankhiten. Leipzig* 1807.

C. Ch. Iahn's, *neues System der Kinderkrankheiten, nach Brownischen Grundsätzen und Erfahr Arnstadt und Rudolstadt* 1807. 8.

L. A. Goelis, *pracktische Abhandlung über die vorzüglicheren Kinderkrankheiten. Wien* 1815.

A. Henke, *Handbuch zur Erkentniss und Heilung der Kinderkrankheiten. Frankf. a. m.* 1818.

I. Wendt, *die Kinderkrankheiten systematisch dargestellt. Breslau und Leipzig* 1822. 8.

Heyfelder, *Beobachtungen über die Krankheiten der Neugebornen. Leipzig* 1825. 8.

I. C. G. Iörg, *Kinderkrankheiten. Leipzig* 1826. 8.

Introductio.

Haase [1]) icterus, inquit, eam denotat aegrotationem, quae perversae bilis cum sanuine ac reliquis corporis humoribus mixtioni originem debet, duplicique ratione nasitur, ita ut vel secretio fellis sit suspensa itaque nihil exstet, quod in duodenum ransmitti queat, vel secretio bilis normae respondeat, transitus ejus autem ad tubum ntestinalem impedimento aliquo arceatur.

Vulgare nomen „icterus" alii veteriorum scriptorum [2]) deducunt a Graeco ἴκτερος, uo significatur avis, Latinis galgulus, qua conspecta ictericos sanari, avem vero obire utabant; alii a Graeco ἴκτις [3]) quod animal est quadrupes, de genere viverrarum, (Mustela uro Linn.) cuius oculos ictericorum colorem imitari dicuntur. Morbus regius Celso [4]) licitur, quoniam curatio ictero laborantium apparatum splendidum, quasi regium, exostulet. Reliqua icteri nomina, ut morbus arquatus, s. arcuatus, (ob arcu coelesti, ive iride) morbus flavus, flavedo, aurigo etc. a quadam coloris similitudine, quam veeriorum imaginatio sibi finxit, desumta sunt.

---

1) *Haase l. c.*

2) *C. Plinii secundi naturalis historiae. Tom. tert., Lib. XXX., Cap. XI*[2]. *Avis icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt et avem mori. Hanc puto Latine vocari galgulum.*

3) *Aëtius lib.* 10, *Cap.* 17, *morbum hunc non ab ave dictum vult, sed ab oculis ictidis, s. viverrae, auricoloribus.*

4) *A. Cornelius Celsus. de medicina. lib. III., Cap. XXIV. Per omne tempus utendum est exercitatione, fricatione, et, si hiems est, balneo; si aestas, frigidis natationibus: lecto etiam et conclavi cultiore, usu, loco, ludis, lascivia, aliis, per quae mens exhilaretur:" ob quae regius morbus dictus videtur.*

Symptomatologia.

Morbus regius, si chronicus apparet, rarius subito irruit, sed varia symptomata cedunt, vel per aliquot dies, vel plures per hebdomades protracta. Eam symptomata in referunt, ut vel primarium hepatis morbum, vel secundariam digestionis et assimilationis norum labem dignoscere possis. His interponenda sunt: tensio dolorifica regionis epigas et hypochondriacae, constrictionis et oppressionis pectoris sensatio, anxietas, dolor premens, interdum inimicissimus, dolores dorsi tendentes, inertia artuumque gravitas, intemperies. Hisce color cutis mutatus succedit, nimirum flaveolus, urina turbida, lute fusca redditur; anorexia, sapor amarus, nausea, imo fastidium ciborum, deficientibus sal sum criteriis, quandoque cutis ariditas, ardor et prurigo, flatulentia, vomiturítiones etc. veniunt. Saepius horrores intercurrentes, cum aestu alternantes, oriuntur, quibus p Haase [1]) existimat, chronico etiam ictero levem hepatis inflammationem initio subesse.

Pedetentim pathognomonicum icteri symptoma, nimirum specifica coloris mutatio, magisque excolitur. Increscente malo cutis flavedo saturatur, viridescit, in subfuscum, remo fere nigrum colorem abit et melasicterum sistit, qui nihil nisi supremus morbi gradus esse videtur. Initio sclerotica oculorum flavescit, deinde tota facies, imprimis t rum nasique regio; inde color luteus ad cervicem et pectus omnesque partes diffun quae tenui epidermide muniuntur. Non sola autem cute limitatur flavedo, sed ictero su gradum assecuto, ungues, pilorum bulbos, ossa [2]), cartilagines et viscera [3]) inficit. Ut mum maior minorve flavedo cum intensiori aut leviori morbi gradu et acerbitate intima necessitudinem. Novissime etiam humores secreti et excreti luteo colore tincti apparent teriasque biliosas iis intermixtas esse, nobis persuadent. Primum quidem urina, flavo i colore, sedimentum largum luteumque praestat et facultate pollet, corpora immersa, ut tam, lintea etc. flavo inficiendi colore. Ipsum sanguinis serum crebro flavet, rarius adeps, saliva, sputa, lacrymae, synovia, sudor et oculorum humores, imprimis humor a quo quidem tincto aegrotis obiecta flava cerni dicuntur.

Quae cum ita sint, turbatae secretionis bilis, vel impeditae effusionis in tubum inte lem symptomata oriantur, necesse est. Aegri praecipue saporem amarum, ructus frequ flatulentiam, ventris tensionem ac tumescentiam, anorexiam similiaque conqueruntur.

---

[1]) *L. c. Bd. III. Abthl. I. p.* 189.

[2]) *Schenk, observat. Lib.* 1.

[3]) *Stoll rat. med.*

Alvina excretio parca et tarda, nonnunquam per dies aliquot suppressa, si succedit, agnas aegrotorum contentiones requirit; excrementa durissima et, quum bilis deficiat, albi- a aut cinerea, argillacea, soliti odoris propemodum expertia sunt. Morbus, hunc adeptus radum, nisi prompte tollitur, plerumque funestum sortitur eventum: corpus macilentia confi- tur, febris lenta cum sudoribus nocturnis profusis accedit, cui tympanites et hydrops ad- untur, respiratio aggravatur, donec convulsiones, sopor et paralyses vitae terminum imponant.

Icteri divisiones.

Icteri permultae species a pathologis distinguuntur, quarum principes mihi videntur hae:

1) Icterus acutus et chronicus, prout vel febre aliisque inflammationis symptomatibus isignitur, aut caret.

2) Icterus simplex et complicatus; appellari scilicet consuevit complicatus, si vel de- enerationes viscerum, vel hydropes, vel alii morbi simul extant, qui incisis cadaveribus in- ernoscuntur.

3) Icterus idiopathicus, sympathicus et symptomaticus; idiopathicus vitio hepatis aut enae portarum nititur; sympathicus laesiones aliorum organorum, ut cerebri excipit; symp- omaticus finitimarum partium morbis, tanquam symptoma, supervenit.

4) Icterus hereditarius. i. e. a matribus ictero laborantibus ad prolem translatus, quod terdum observare dicitur.

5) Icterus sporadicus, endemicus et epidemicus; secunda et tertia species potissimum estuosas regiones infestant, Haasioque teste [1]) praegressae hepatitidi originem debent, quippe uae minus perfecte iudicata, indurationes relinquat; quandoque tamen temperatis regionibus uperveniunt, ut Brüning [2]) Essendiae observavit.

6) Icterus periodicus et continens; ille excitatur periodicis incarcerationibus calculo- um biliariorum in ductu choledocho, periodi autem certo carent typo, qui paullo stabilior sse solet, si icterus haemorrhoidum, mensium, aliorumve profluviorum defectionem subsequitur.

7) Respectu coloris icterus flavus, aut viridis, aut niger, seu melasicterus.

8) Icterus gravidarum plerumque ultimo graviditatis mense nascitur pressionique ori- inem debet, quam uterus exserit in hepar.

9) Icterus neonatorum, de quo infra prolixius disseram.

---

1) *L. c. pag.* 194.

2) *G. F. H. Brüning de Ictero spasmodico infantum Essendiae. a.* 1772 *epidemico. Wesel* 1773. 8.

10) Icterus spasticus, hepaticus et calculosus; quum haec divisio, ab Haase prop
ad morbi indolem proxime spectare videatur, breviter eam pertractabo.

1) Icterus spasticus nititur constrictione spasmodica ductuum biliferorum, tam h
quam vesiculae felleae, qua fit, ut bilis, a duodeno prohibita, resorbeatur iterumque sust
donec vel causa spasmi sua sponte cesserit, vel medicamentis adhibitis devicta sit. C
occasionales huiusce icteri generis ut plurimum dynamicae sunt, ut animi pathemata, ni
stomachus, terror, iracundia; nec minus refrigeria, aestuanti corpori illata, imprimis a
ciborum potuumque frigidissimorum; haud raro cum insultu hypochondriaco aut hysteric
cedit, quippe quibus morborum speciebus spasmi, a visceribus abdominalibus orsi, frequ
simi esse consuerunt. Hicce icterus a sequentibus potissimum eo discrepat, quod subito i
prodromis supra relatis caret, nec non signis calculorum biliariorum stagnationumque syst
tis venae portarum destituitur. Plerumque homines tantum nimis sensibiles, hypochond
hystericasque adoritur, cursum emetitur celerem siquidem aliquot dies modo tenet ac nun
superiores icteri gradus assequitur.

2) Icterus calculosus pendet a ductuum biliferorum obstructione, calculis incarc
effecta; secretio quidem bilis succedit, at vero excretio eius aut ex toto, aut ex parte d
prout ductus biliferi vel penitus obturati sunt, vel calculus incarceratus tam exiguus es
non totum expleat canalem, sed aliquam bilis partem ad duodenum transmitti patiatur. P
hisce signis, partim eo, quod causae disponentes et occasionales, ictero spastico hepati
faventes, deficiunt, aut levissimae modo adsunt, dignoscitur icterus calculosus; idem pe
cus esse consuevit, sed atypicus ac praeter opinionem saepe irruit, si nova calculorum i
ceratio evenit; criterium vero icteri calculosi certissimum cernitur in deiectione calcul
biliariorum, aut per anum, aut per os. Accedunt quoque aliae difficultates, icterum cal
sum significantes, ut spasmi viscerum abdominalium, stimulo calculorum insolito excitati; s
tomatibus huius icteri interponi quoque meretur dolor repentinus, premens, tendens, spa
dicus, nonnunquam acer, in regione lobi hepatis sinistri, qui plerumque versus proc
xiphoideum sterni porrigitur ventriculoque cibis onerato augetur. Deiectis calculis bil
morbus ictericus cedere, at interposito mensium aliquot spatio, quo novi calculi sunt c
mati, redire solet.

3) Icterus hepaticus originem ducit, si sanguinis venae portarum introitus in
vel ex toto suspenditur, vel liber eius circuitus per hepatis substantiam impedimento a
inhibetur, itaque iocinoris functio, i. e. bilis secretio, tollitur. Haec icteri species vel in
mationem hepatis, aut vitia fabricae eius sequitur; utplurimum hepar indurationibus ex
intumescentiis, sanguinis stasibus, voluminis consumtione laborat, quandoque tamen pa
finitimarum vitia, ut tumores, indurationes, obstructiones lienis, pancreatis etc. aut op
atque expansio varicosa venae portarum, icterum hepaticum efficiunt. Diagnosis huius

fficilis non est, generatim enim haec criteria offeruntur: paullatim tantummodo serpit eodem-
ue excolitur gradu, quo morbi abdominis antea enumerati ad maius fastigium evehuntur; pro-
de prae ceteris icteri speciebus gaudet prodromis, de quibus supera diximus, et quum eius
usae in morbis diuturnis cernantur, in longius protrahatur necesse est; huc etiam illud per-
net, quod facile in icterum viridem, imo nigrum transit, praecipueque hominibus supervenit,
i vitam agunt desidem, febribus intermitentibus malignis, praesertim quartanis, aut hepatitide
l lienitide parum iudicata laboraverunt, vel qui dyspepsia, obstructionibus et flatulentia
vexantur; proinde his tumida hypochondria, sufflatum hepar aut lien, ventris intumescentia,
tus crebri, dolores abdominis, nausea, bulimia, praecordiorum anxietas multaque alia com-
unia esse solent.

Aetiologia.

Supervacuum mihi videtur, medicorum priorum, ut Boerhaavii, Zedrini [1]) Cullenii [2])
ellii [3]) et F. Bangii [4]) sententias prolixius exponere, quippe quae a Dreyssigio [5]) penitus
unt refutatae. Nimirum Boerhaave, Zedrini et Cullen icterum oriri iudicabant nimiae bi-
s effusione in tubum intestinalem, ubi per vasa lactea promptissime resorbeatur atque in
anguinem revehatur; Selle [6]) autem putavit, bilem, per poros vesiculae felleae transudatam,
asis lymphaticis absorberi, sanguinique admisceri. Bang denique ductus choledochi obsti-
ationem defendit, qua venae hepatis vesiculaeque fellae cogantur, ut imbibant bilem, ac
er totum corpus diffundant. Recentiori aevo extiterunt, qui icterum secretione bilis vicaria,
vasis cutaneis exoriri, itaque cutem ipsam organon secretorium bilis exhibere dicerent;
ui opinioni inprimis v. Hoven, Sprengel [7]) et Henke [8]) subscripserunt. Ad comprobandam
ancce theoriam et reiiciendam Fourcroy sententiam, provocant ad experimenta a Deyeux,
armentier, Dömling et Roose instituta, quippe qui viri in sanguine nihil fellis, Deyeux

---

1) *Zedrini in Hallers: Elementa physiologiae corp. hum.* 8. *Tomi* 4. *maj. daselbst, im* 4*n Bd. pag.* 607.
2) *Cullen, Anfangsgründe der practischen Arzneikunde; aus dem Engl.*. 4 *Bde. gr.* 8. *Leipzig,* 1790. *daselbst Bd.* 4, *pag.* 574.
3) *Selle, Medicina clinica. pag.* 190.
4) *Bang, F. C., medicinische Praxis; aus dem Lat. von F. A. Heinze. Koppenhagen* 1796. 8. *pag.* 712.
5) *Dreyssig, Handbuch der Pathologie der chronischen Krankheiten.* 2 *Thle. gr.* 8. *Lpz.* 1799.
6) *L. c. pag.* 174.
7) *K. Sprengel, Handbuch der Pathologie,* 3 *Thle. gr.* 8. *Leipzig.* (*Th. III* §. 558.)
8) *L. c.* §. 1367.

modo pigmentum eius, repererunt. Probe autem notanda sunt haec: partim secretic vicaria in vasis cutaneis meram sapit hypothesin, partim experimenta, circa sanguine tegri corporis instituta, transferenda non sunt in sanguinem morbosum, cuius mixtioner gulari modo alienatam esse, omnes consentiunt. Alii quaestionem dirimendam esse ce runt, num in ictero bilis iam secreta resorbeatur, utrum tota humorum moles abundet cipiis biliosis, in hepate nondum secretis. Facile componitur haecce controversia, si medit utramque sentiam posse conciliari, quum icterus non semper eadem ratione, sed duplic videatur.

Primum nempe icterus, praesertim hepaticus, nascitur, si sanguinis venae por carbonici, principiis biliosis impraegnati, affluxus ad hepar aut indurationibus aut ob tionibus, vel ipsius iecinoris, vel aliorum viscerum, sublatus est, quo fit, ut principia b in sanguine accumulentur eiusque serum flavo colore inficiant, quod eundem cum os cartilaginibus, visceribus, unguibus, imprimis cum corio communicat icterique signa di stica efficit. Haec ita sese habere, Clarion [1]) evicit, quippe cuius experimentis ad ev tiam commonstratum est, omnia bilis principia non solum in sanguine, verum etiam in corporis humoribus, ut urina, saliva sudoreque hominum ictero laborantium reperiri. Lucul hoc probatur hepatis inflammatione, qua bilis secretio supprimitur itaque resorptio eius tingere nequit, morbus regius vero eapropter oritur, quod liber sanguinis circuitus pe par, intumescentia eius inflammatoria suspenditur, ergo sanguis venae portarum impe quominus principia biliosa exuat. — Deinde icterus haud raro oritur obturatione vas bilem efferentium, inprimis calculosus, spasticus et icterus neonatorum. Secretio bil normam respondet, excretio tamen suspensa est; in ictero nimirum calculoso vel d hepaticus, vel choledochus calculis biliariis incarceratis ita obstructus est, ut bilis tra in tubum intestinalem praepediatur; in ictero spastico autem constrictione vasorum bil rum spasmodica haud minus excretio fellis cohibetur; ictero neonatorum denique variae sunt causae, simili ratione morbum efficientes. Hisce nimirum causis fel in vesicu ductibus biliferis accumulatur, pars eius, praesertim serosa, resorbetur et humoribus c ris admixta, icterum gignit. Particulae bilis residuae, tenaciores atque solidiores, saepi calculorum biliariorum origini favent. Aliam icteri causam stimulus suppeditat, quo offe hepar: iste enim stimulus bilis secretionem simul adauget, functionem vasorum absorber hoc in casu bilem vehentium, a norma alienat ductusque biliferos obstruit, quamobrem Richtero [2]) cum unoquoque ictero spasmus maior leviorve hepatis et ductuum bilife coniunctus est. Hanc opinionem plura defendunt argumenta, siquidem variae causae o

---

[1]) *Clarion* (*Altenb. medic. Annalen* 1807, *Januar.*)

[2]) *L. c. Tom. IV. pag.* 309.

nales manifestissime spasmum testantur, ut violenta animi pathemata, ira, stomachus, terror c. neque minus refrigerium corpori aestuanti illatum; eandem sententiam remediorum anpasmodicorum usus confirmat. Causae icteri occasionales maxime discrepant; symptomaus morbus facillime cuique hepatis irritationi supervenit eamque ob causam febres biliosas flavas, hepatis lienisque inflammationes frequentissime comitatur. Prae ceteris autem epimicae aëris iniuriae icterum inducunt, ut aestus ingens ac diuturnus, humiditati nuptus, nec n crebrior ac repentina temperiei vicissitudo. Temperamentum quoque ad producendum orbum regium confert, imprimis cholericum; maxima huius momenti efficacia cernitur in rris aestuosis, ut Batavia Americae, neque minus in hominibus, nimia cutis flavedine nspicuis. Febres etiam intermittentes pertinaciores maleque curatae facile excitant icterum, um hisce in casibus vitiosa sanguinis mixtio, praesertim hydrogenii et carbogenii abundan, prostare videatur. Unus quisque morbus universalis, cum adaucta sensibilitate viscerum dominalium, praesertim hepatis venaeque portarum coniuntus, ansam praebere potest ictero, o fit, ut morbus regius persaepe affectionibus hypochondriacis atque hystericis, nec non riis colicae speciebus, spasmis, nominatim cardialgiae cum hepate communicatae, diuturnis structionibus, hydropi ascitae et sanguinis stagnationibus superveniat. Porro vermes instinales acidumque liberum primarum viarum, purgantia drastica, emetica et venena acria ydantia, icteri causis interponenda sunt. Morbus regius consensualis excipit capitis laesies et cerebri inflammationes, metastaticus exanthemata repercussa, inprimis erysipelas, haeorrhagias habituales suppressas, ut haemorrhoides mensesve, nec non diarrhoeam temere mpressam. Imo sola refrigeratio, si hepar magna sensibilitate insignitur, ad producendum terum sufficit. Huc etiam referri possunt morsus variorum animalium, ut serpentum, viperum, felium, canum etc. quibus morbum regium excitari posse, Dreyssig multis allatis emplis confirmat. Haud raro causae locales auriginem proferunt, nimirum praeter laesies hypochondrii dextri, vitia fabricae hepatis, aut vesiculae felleae, ulcerationes, steatoata, indurationes; calculi biliarii, ductibus biliferis inclusi, pressio, quam tumores cystici itimi exerunt, viscera indurata, v. c. pancreas; uterus gravidus, faecum induratarum cumulatio in intestinis etc.

De neonatorum ictero speciatim.

Icterus neonatorum haud dubie inter maturrimos pertinet morbos, quibus homo, utero terno egressus, obnoxius esse consuevit; plerumque enim vitae die tertio, quarto, vel

septimo oritur, attamen exempla a Sylvio de le Boë [1]) et Kerkringio [2]) enarrata pro quae tnfantes nonnunqnam ictericos nasci, probant, quod Murray [3]) dubitat, partim eiusmodi exempla ipse nunquam observavit, partim quod Sylvium et Kerkringium, de connato disserentes, insolita cutis rubedine, verum erysipelas exhibente, deceptos iudicat.

Nihilominus Murray perperam iudicasse videtur: nuper enim Berolini accidit, fans ictericus nasceretur, qui, quanquam peritissimi nostrae urbis medici remedia efficac in usum vocabant, post octavam vitae hebdomadem morte occubuit. Sectio infantis vitai vari non potuisse, luculenter commonstravit; ipseque Murray haud dubie sibi persua non de erysipelate, sed de neonatorum ictero esse meditandum [4]). Praeter normam qu que evenit, ut icterus tertia demum, aut quarta hebdomade oriatur; sin serius appare spectu causarum ab eo admodum discrepat, de quo hic agitur; probabilius enim est, nem eius a vermibus intestinalibus, indurationibus hepatis, lienisve esse repetendam.

Phaenomenologia.

Ut plurimum cutis infantum paulo post partum, nimirum intra tertium septim diem, ut supra positum est, colorem saturate rnbrum vel fusco rubrum induit, qui diebu quot interpositis, magis minusve flavescit, aut et luteo rubescit, imo orichalci aut cupri ciem imitatur, ut totum corpus velut orichalco obductum videatur. Color autem secu primitivam cutis texturam coloremque variat, quamobrem Boer infantes capillamenti fla rutili, ob maiorem cutis teneritatem atque pelluciditatem, nunquam flavedine tam intens sideri tradit, quam infantes capillamenti fusci ac nigri, quippe quibus cutis sit densior opacior itaque principium tingens minus transparere queat; idem flavos infantes huic bo frequentius obnoxius esse asserit. Coenaesthesis leviori huius icteri gradu nunquam tur, si ab eo discedas, quod infantes aliquam ostendunt inquietem mammasque respuun

Verumtamen illa inquies non ab ipso ictero, sed aliis a causis pendere videtu aphthis; aliquanto post infantes pristinam alacritatem recuperant, mammas avide capiunt dormiunt, febri destituuntur. Excrementa coloris sunt pallidioris, vitello ovorum c haud dissimilia; alvus aut obstipata est, quod vulgo accidit, aut fusa, urina pleri

---

[1]) *l. c.*

[2]) *l. c.*

[3]) *Rosen von Rosensteins Kinderkrankheiten pag.* 439 *in der Anmerk.*

[4]) *Morbi historiam huc pertinentem dissertationis calci subjiciam.*

ia, aquosa atque discrepat ab adultorum lotio, quippe quod fuscum atque saturatum, mmersis corporibus colorem croceum communicat.

Aetiologia.

De causis huiusce morbi permulti viri inclyti, ut Wendt, Rosen a Rosenstein, Bau-Richter, Schaeffer, Chambon, Morgagni, Autenrieth, Jörg, Hufeland, Henke, Jahn, Hey-r aliique varias opiniones in medium protulerunt.

Wendt[1]) flavum cutis colorem, quem neonatorum icterus infert, a depositione piorum biliosorum in corio pendere, itaque abnormem hepatis et systematis chylopoëtici em subesse momentumque causale gravissimum sistere, tradit. Rosen a Rosenstein[2]) on Baumes, icteri huius causam ponunt in accumulatione muci tenacis, qui ductus bilife-epatis, aut ductum choledochum, vel ostium eius occludat.

Richter[3]) vero, illa opinione partim refutata, obturationem, si locum habeat, magis cae indolis esse iudicat; ceteroquin persuasum habet, icteri causam cerni in detractione lactis, eos potissimum infantes hoc morbo corripi asserens, quibus illud lac subtrahatur.

Schaeffer[4]) constrictionem ductus choledochi spasmodicam, quae in solito primorum mentorum incitamento efficiatur, pro causa habendam existimat.

Cheyne[5]) etiam obstructionem, seu compressionem ductus choledochi causam suppedi-arbitratur. Idem huncce morbum nonnunquam hereditarium existere censet, provocans emplum a Pearson observatum, quo undecim infantes eiusdem matris eo perierunt.

Chambon[6]) in pressione, quam cerebrum per pelvim minorem descendens patiatur, causam ponit; quippe quum cerebrum, cum iecinore consensum celebrans, non secus in agat, ac commotiones et laesiones eius in hepar adultorum, quibus icterum produci us. Quamquam haec interpretandi ratio multum probabilitatis prae se gerit, tamen icteri em non plane illustrat; saepissime enim caput inter partum adeo offenditur, ut tumor oriatur, minime autem icterus subsequatur.

---

l. c. pag. 85.
l. c. pag. 441.
l. c. pag. 313.
l. c.
l. c.
l. c.

Morgagni [1]) neonatorum icterum partim deducit a contractione venae um
quae nimis brevi resectione aut substrictione funiculi umbilicalis efficiatur et ad venar
rum usque propagetur, partim a sublato sanguinis affluxu per placentam. Eidem se
Autenrieth [2]) suffragatur. Jahn[3]) causam efficientem non modo in cohibito bilis tra
duodenum illiusque regressu ad cutem, sed etiam in ratione physica chemicaque pon
cutem inter et atmosphaeram intercedat. Ingeniosa videtur haec icteri neonatorum ex
etenim cutis embryonis ad partum usque organon exhibet resorbens, a partu inde secr
evadit eiusque superficies, ante partum aequabili fota temperie, posthac omnibus aëris
submittitur, quibus factum esse videtur, ut Jörg [4]) principem huius morbi causam in re
cerni, contendat.

Henke [5]) fere adstipulatur Jahnio icterumque neonatorum evolutionis morbis adr
qui processibus organicis, post partum accedentibus, inducantnr.

Hufeland haec ad concitandum neonatorum icterum maxime conferre, persuasu
refrigerium, lintea humida, quibus involvantnr neonati, saburras primarum viarum, m
retentum, animi affectus matris, ut iram ac terrorem, usum nutrimentorum in embryone
tulumque inimice agentium, ut spiritus frumentacei, vini similiumque abusum.

Heyfelder [6]) se in cadaveribus infantum, hoc morbo extinctorum, forame
apertum, ductum arteriosum Botalli et venosum Arantii clausos, vesiculam felleam d
biliferos iecinoris bile refertos invenisse, affirmat, e quibus ratiocinium ducit, icterum
torum saepissime eo produci, quod pars sanguinis, edito iam infante, cursum eundem s
quem ante partum absolvat.

Quaenam theoria reliquis praeponenda sit, equidem dirimere non audeo; gene
men suspicari licet, non unam vel eandem semper subesse causam remotam, itaque pr
morbosum, illi innixum, variam indolem posse referre. In nonnullis tamen, quamqua
exemplis una tantum causa exstat, nimirum vitia fabricae primitivae organorum chylo
rum, quae etiam in infante a me descripto atque delineato extiterunt [7]), quippe qu
cysticus (*b*) et hepatici (*d*) normalem quidem structuram obtulerunt, ductus choledochi (
rudimentum tantummodo superfuit, cuius longitudo vix pollicem dimidium, amplitu

---

[1]) *l. c. Epist.* 48. *art.* 59.

[2]) *l. c.*

[3]) *l. c. pag.* 139 — 40.

[4]) *l. c.*

[5]) *l. c. pag.* 181.

[6]) *l. c. pag.* 61.

[7]) *Vid. Tab. aen. dissertat adject.*

itium ductus lineam dimidiam adaequavit, finis in acutum coecumque excurrens, tantum t, ut in duodenum pateret, ut ne ullum quidem cum eo connubium iniret; vesiculae felleae mbitus normalis desiderabatur. Icterus igitur ante partum oreretur necesse fuit, quum bilis ta, a duodeno prohibita, resorberetur.

Prognosis.

Praedictio huius morbi, nisi complicatus appareat, plerumque fausta habenda est, et- ı icterus iste haud raro citra medici auxilium tollitur nihilque vitiorum secundariorum re- iit; ut plurimum intra quartum vel octavum diem evanescit. Quandoque tamen minus faus- rognosis auguranda est, praecipue si febre stipatur morbus. Scire autem oportet, hunc ic- m conditione quadam teterrimum reddi et serius ocius, plerumque post octavam vel deci- ı hebdomadem, licet aptissima remedia administrentur, in mortem terminari. Hoc nimirum culum imminet, si fabricae primitivae, vitiis originem debet icterus; at nulla fere dantur a diagnostica icteri neonatorum ex vitiis primae formationis, praeter morbi diuturnitatem, nobrem persuasum habere aliquis potest, eum esse icterum ex vitiis fabricae primitivae, per plures protrahatur hebdomades.

Haud dubie ista species icteri connati non adeo rara putaretur, si infantes hoc morbi ati saepius inciderentur. Quodsi igitur infantes cum ictero nascuntur, maxime dispicien- est, ne temere prognosis fausta promulgetur; effatum potius ad quartum, sextum, vel vum diem differatur, nam intra hoc temporis spatium icterus, vitiis fabricae primitivae non rtus, decrescit, sin minus, praedictionem malam augurari oportet.

Medela.

Gravissima medendi indicatio id flagitat, ut functio normalis hepatis atque cutis quam ium instauretur. Communi omnium experientia teste, medicamenta cathartica, inter haec cipue radix rhei, in hepar efficacissime agunt. Ut plurimum radix rhei cum syrupo man- similibusve remediis propinatur eaque dosis imperatur, ut alvus infantis ter quaterve per ı laxetur. v. c. R. Syrupi Rhei

- Mannae aa. unc. unam et dimid.

Aquae foenicul. unc. dimid.

MD. S. Singulis horis cochlear minus hauriatur.

Sin acidi liberi syptomata in conspectum prodeunt, medicamentis dictis Magne
lapides cancrorum, aut similia adjicere expedit, v. c.

R. Tincturae Rhei aquosae
Syrupi Mannae aa. Unc. dimid.
Lapidum cancrorum Scrup. unum.
Aquae foeniculi Unc. unam.

MDS. Bene agitentur; horis alternis cochlear minus praebeatur.

vel: R. Magnesiae carbonicae Drach. unam.
Pulveris seminum foenic:
— radicis Bryoniae
— — Rhei aa. Scrup. unum.
Elaeosacchari foeniculi Drach. duas.

MDS. Quater aut quinquies per diem cultri apice pauxillum excipiatur.

Saluberrima quoque balnea tepida esse consuerunt, addictis furfuribus aut
si leves affectiones spasmodicae, aut infirmitas singularis appareant, herbae aromaticae
spiritus frumentaceus similiaque adiicienda sunt. Nonnulli medicorum, inprimis A
balnea frigida commendarunt, quae his pariter ac omnibus infantulis tenerioribus
Enemata, quanquam a Girtannero repudiata, omnibus in casibus, quibus necessitas urg
que periculi metu administrari queunt. Usus eorum potissimum requiritur, si catharti
prompte agunt, infantesque ventris doloribus aut spasmis divexantur, qui artuum convul
levioribus, alterna extremitatum inferiorum contractione et expansione, clamoribus s
risuque dormientium nuntiantur. Hisce in casibus optimum usum praestant clysmata, e
chamomillarum, sero lactis, aqua furfurum et ptisana confecta, quibus pauxillum olei,
chari, vel mellis adiectum est. Morbo diuturniori, venter spirituosis aut linimentis ar
commode inungitur.

Hac medendi methodo icterus neonatorum brevi tempore coercetur, nisi,
monuimus, a vitiis fabricae primitivae pendeat, quippe quae omnem medicorum artem e

Morbi Historia.

Licet maximam dederim operam, ut omnia ad hanc morbi historiam pertinent
perirem, tamen irrita propemodum conata fuerunt, quamobrem Lectores Benevoli e
velim, me pauca tantum atque manca apposuisse.

Infans, de quo hic agitur, facili normalique partu editns est, matre sat valida
quinta post puerperium hebdomade supremum diem obiit. Puellus alacer fuit, bene

is cupidus, nec ullo quidem morboso symptomate conspicuus. Secunda autem valetudo vis fuit, etenim nycthaemero nondum elapso flavedo levis scleroticae apparuit, per totam poris superficiem celeriter diffusa. Nihil tamen miri obtulit haec affectio, quippe quae tum quentissima occurrit, tum remediis levioribus supra dictis brevi tempore cedit, imo inter- ı ne his quidem indiget. Elapsis octo diebus tantum abfuit, ut morbus remediis appli- s cederet, ut potius incresceret. Valetudo universa parum turbata apparuit, infans enim ɔs potusque non sine cupiditate aliqua hausit satisque bene dormivit. Urina primum limpida, thac saturatior secessit, excrementa, singularem indolem referentia, partim viridiuscula flavida, partim cinerea, admodum solida, odoris fere expertia fuerunt. Corpus paulatim crescere coepit, inquies et crebri flatus accesserunt, quapropter enemata ex oleo et infuso momillarum quotidie applicabantur. Quarta vitae hebdomade infans vomitu vehemente ripiebatur, qui post octo dies profluvio sanguinis per anum, usque ad mortem continenti, sit. Sanguis eiectus coagula et similitudinem hepatis concisi obtulit. Ineunte sexta heb- nade infantem periturum esse putabant, siquidem inquies ingens, spasmi et suffocationis nptomata accesserunt, quae ut diminuerentur, hirudo pectori imposita balneumque tepidum ninistratum est. Quibus peractis, calamitates infantis aliquantum decreverunt, sed aliud aruit incommodum: haemorrhagia, hirudinis morsu inducta, non ante octavum diem po- t sedari. Posthac infans summam debilitatem exhibuit, nutrimentorum desiderio caruit ue in soporem incidit, nonnisi spasmis interceptum; nutrimenti desiderium magis magisque sit, flavedo increvit et urinam quoque infecit; octava demum hebdomade, exhaustis viri- , obiit infans.

Instituta cadaveris incisione, praeter obliterationem completam ductus choledochi, ra memoratam, omnia normae consentanea apparuerunt.

Explicatio Tabulae.

) Rudimentum ductus choledochi coeco instructum fine.
) Duct. cysticus.
) Vesicula fellea admodum exilis.
) Duct. hepaticus.
) Lig. suspensorium.
Arteria cystica.
) Arteriae hepat. lobi dext.
) Truncus arteriae hepaticae.
Vena portarum.
) Vena cava.
Arteria hepat. lobi sinistri.

Curriculum Vitae.

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

BEROLINENSIS ADIECTUM.

Ego, Carolus Fridericus Iulius Donop, religioni evangelicae secundum Lutheri mulam addictus, die decimo mensis Decembris anni MDCCCIII Varsoviae, patre op proh dolor ante quinque annos defuncto, matri adhuc vivente, e gente André, natus Anno MDCCCIX parentes Berolinum profecti sunt, ibique patri munus magistri discip publicae mandatum est. Prima litterarum elementa in domo parentum hausi, tum Gy sium Berolinensi - Coloniense per sex annos frequentavi, quo facto, die XXX m. M MDCCCXXIV a Rectore magnifico in numerum civium universitatis Berolinensis rece has praelectiones audivi. Ill Rudolphi: encyclopaediam et methodologiam medicam, siologiam, anatomiam universalem, anatomiam comparatam et pathologicam me docuit; eu de organis sensuum, de dentibus, de foetu et de entozois; Ill Knape de osteologia, spl nologia et syndesmologia; Cel. Turte: de chemia et physice disserentes audivi; Ill. historiam naturalem et botanicen mihi tradidit; Ill. Horn pathologiam et therapiam speci Perill. Hufeland: therapiam specialem, Cel. Hecker pathologiam universalem, Cel. O materiam medicam, Cel. Iüngken ophthalmologiam, Cel. Kluge artem obstetriciam, a giam et akiurgiam, Ill. Rust: chiurgiam et akiurgiam me docuerunt; Ill. Rudolphi et Ill. K arte cadavera secandi me imbuerunt. Neque defui exercitationibus clinicis, tam medicis chirurgicis, quas Perill. Hufeland, Gen: de Graefe. Ill. Rust et Cel. Neumann modera

Tentamine philosophico, medico et examine rigoroso rite absolutis, spero for conscripta et defensa dissertatione, summi in medicina et chirurgia mihi honores deferant

Theses defendendae

I. Pulmones ad exspirationem conferunt, non ad inspirationem.

II. Icteri causa partim in bilis prohibita secretione, partim excretione ponenda est.

III. Trepanatio quam diutissime est differenda.

IV. Angina membranacea et asthma Millari maxime discrepant.